



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

49. Constitutio dotis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

conventionis chartulam perpetraverunt. Sig. Decani, Custoris, Prapofiti, Cellarij, Portarij, Camerarij, Hospitarij. Sig. aliorum testium. Ego itaque ille rogatus scripsi. Notavi diem illum, in illa data, anno illo illius Imperatoris, sub illo Comite.

Charta commutationis.

XLVIII. Omne namque quod inter partes diversas bonis moribus sanisque consiliis fuerit diffinitum, necesse est propter jurgia futura subicienda succedentibus temporibus subscriptionis vinculo conligare. Sic itaque complacuit atque convenit inter illum Abbatem cum advocatione suo seu cenobij illius seu inter alios seculares inter illum & illum ut simillas firmitates parique tenore conscriptas cambij sui emitterent, quas & emisissent. Ipsum autem cambium in eadem firmitatis emissiones nominatim visum est nobis inferendum. Deinde namque memoratus Abbas seu alius cum manu advocati sui jamdicto homini illo in villa nuncupata juchos & de pratis ad carradas ad jus pertinens sancti illius, & accepit ab illo in villa nuncupata juchos & de pratis ad carradas, ea duntaxat ratione ut pars utraque acceptae cambitionis deinceps inconvulsam & inviolabilem perennibus temporibus absque ullius inquietudine vel repetitione possideat; sicque pari diffinitione sanxerunt ut

si pars quaelibet exin calumniam ingerere, hoc est, si aut memoratus Abbas seu successores ipsius five jamdictus ille vel illius heredes aliquam repetitionem moliri tentaverint, sit tunc pars parti tantum culpabilis quantum repetere praesumpserit, & in ararium Regis auri uncias tres cogatur impendere, sed nihilominus praesens emissio cambij hujus perpetim sui vigoris obtineat firmitatem, ita duntaxat si Imperatoris clementiae complacuerit. Actum in illo loco, praesentibus istis. Signum illius Abbatis & advocati sui illius. Signum illius Decani. Signum Praepositi. Signum Cellarij. Signum Custoris. Signum Portarij. Signum Camerarij. Signum Hospitarij. Sig. aliorum testium. Ego itaque immerens Diaconus anno illo Imperatoris scripsi & subscripsi. Notavi diem illum, illam datam, sub illo Comite. Amen.

Constitutio dotis.

XLIX. Dulcissima conjux mea atque amantissima nomine illo, ego in Dei nomine ille. Sumpsit mihi consilium atque complacuit ut ego te mihi in conjugium accepissem, quod ita & feci. Propterea dono tibi dotem, sicut nostris utriusque complacuit amicis tibi donare, in pago illo, in illo loco, in villa nuncupata, id est, rectam curtem cum sepe circumcinctam &c.

